fundamēti Ideo eñ mouetur cōtra motuȝ firmamēti. vt moderet et tēperet motuȝ ſuū Ideo dr ſplēdor olimphi. qr dicit Macrobius in libro Ciceronis Definitio fuit platonis oīm ſperaꝝ lumē eſſe a ſole Dicit eñ Plato in thymeo Jugeuiauit deus reꝝ cōditor luceȝ clariſſimā quā ſolem vocam⁹ cuius ſplēdore celuȝ ꝛ oīa illuſtrātur. vt nūerus exiſtat oīm animātiuȝ Et areſto. in libro de elemētis ait. Sol hēt lumen propriū. ſtella vero ꝛ luna lumē a ſole acqſituȝ Sicut qñ a candela ſpeculū ſibi oppoſituȝ illuſtratur ¶ Itē notāduȝ de luna. ꝙ luna dicitur quaſi lumīs vna. i. pncipalis ꝛ maxima. Eſt eñ corpori ſolari in magnitudine ꝛ pulchritudine ſimilliſma. vt dicit yſidorus. Luna vt dr in exameron ē mater totius hūoris ꝛ miniſtra. dñatrix mar; lumen a ſe nō habens. ſed a plenitudine ſolis mutuās. luna eñ ſm approquiquationē vel elongationē a ſole formā ſuſcipit ꝛ figurā Carens igitur proprio lumine a pūctuali plenitudine ſolis lumen recipit. Ut eñ dicit Areſtoteles in libro elementoꝝ. Luna ſemꝑ a ſole illumiatur. ꝛ lumen receptū reflectit in terram Habet eñ luna naturā ſimilē ſpeculo. quia ꝓpō calore caret. ꝛ recipit colorē ab alio Et quāto plus ſoli appropinquat. tāto plus de ſuo lumīe perdit ex pte terre Sed claritatem quā perdit ex parte inferiori. nullatenus perdit ex parte celi. imo tanto plus ex parte ſuꝑiori illumīatur Unde quādo ſoli ꝯiūgitur nihil luminis ad terrā dirigit Sed ex pte celi implens illuīatio ꝑmanet. ꝛ econuerſo qñ ſoli opponitur tota ad terrā ꝛ nō ad celuȝ illuīmatur. vt dicit Beda ꝛ Macrobius Et eſt luna inter planetas breuiſſimo tpe ſui tēporis impletiua. breuiſſimū eñ habet circulū. ꝛ ideo inter ſpaciū viginti octo dieꝝ ꝑ oīa ſigna zodaici vagatur vt dicit Tholomeus. Eſt autē luna planeta frigidus cuȝ exceſſu. femineus ꝛ nocturnus Moraꝛ autē in quolibet ſigno duobus diebus ꝛ ſex horis ꝛ biſſe. Inter ōnes eñ ſtellas erraticas luna ē magis incerti ꝛ vagi motus Nam ꝓpter breuitatem ſui curſus nūc ſub ſole. nūc ſupra. nūc ante nūc retro euagatur: Nam cuȝ ſol circuit ꝑ circulos auſtrales inferiores. ꝛ luna ꝑagat circulos boreales ſuꝑiores. tūc luna ſuꝑma eſt velut nauicula habēs cornua Et quādo eſt ſub ſole tūc habet cornua ꝟſus terram declinata. quando vero decreſcit tūc eſt erecta. vt dicit Beda

## Ultima ſemicirculi planicies proponebat: Cur tremor eſt in terris.

¶ Prima queſtio vltimi ſemicirculi eſt. que ſit cauſa terremotus. Ad dubiuȝ dicēduȝ breuiter. ꝙ terremotus ex eo cauſaꝛ ꝙ in terra vapores calidi ſunt incluſi. Sol igitur ꝑ radioruȝ ſuoꝝ reuerberationē ad terram. ſuꝑficiem terre calefacit. Uapores incluſi agitātes viſcera terre ꝯcutientes ꝛ petentes exituȝ. cuȝ terra in ſuꝑficie ſit conſtricta reſiſtit diuiſioni vapores exire. nō permittens vapor ergo incluſus calore tandē incenſus fortiter terrā agitat. ꝛ ex terre reſiſtētia tremor qdem cātur. ꝗ tremor quādoqꝫ maior eſt quādoqꝫ minor eſt. ſm ꝙ vapores

# Diſciplina ſcholarium

incluſi aſcēdētes ⁊ exire volētes ſunt plures aut pauciores Et ſm h̄ etiā ꝙ terra in ſua ſupficie eſt magis vel minus ꝯſtricta

¶ Cur concrepat aera fulgur

¶ Scđa queſtio eſt. que ſit cauſa tonitrui. ¶ Notandū ꝙ tonitruū eſt impſſio generata in nube aquea ꝑpter vapoꝛis calidi ⁊ ſicci agitatōem huc ⁊ illuc fugiētes ꝯtrariū ab oīm pte coartari. ⁊ ex hoc inflammati ſe tandē in nube extinguēs ⁊ ipam rūpens. Vel generaꝛ tonitruꝰ ex collectione nubiū. qñ a ventis ꝯtrariJs nubes agitate ad inuicē collidūtur ex mutua colliſione ad inuicē fit ꝯcuſſio in aere ⁊ ſtrepitus. qui ab antiquis tonitrus nominaꝛ. Dicitꝛ āt tonitrus vel tonitruū a terroꝛe. eo ꝙ ſonꝰ terreat audiētes Vñ interdū tā grauiter ꝑcutit. vt oīa diſſerpiſſe videaꝛ. Nec mirari ſuꝑ hoc qs debꝫ. cū veſica ꝗuis ſit ꝑua tā magnū ſonū efficit ſi vento ſit repleta ⁊ violenter fracta Cū tonitruo frequēter ſimul fulgur emittit. ſed fulgur celeriꝰ videꝛ ꝙ̄ tonitruū audiꝛ. Ratio qꝛ ſenſus viſus ſubtilioꝛ eſt ꝙ̄ auditus. vñ pꝛius vidit hō ictū hoīs arboꝛē incidētis. ꝙ̄ ipm ſonū audiat. Vñ dicit phs. tonitrus eſt ſtrepitꝰ ventoꝝ in ſinu nubiū receptus. qui virtute mobilitatis ſue quaſlibꝫ ꝑtes nubis infrūpit. ⁊ fragoꝛē tonitrui introducit. Vñ ſm Areſto. in libꝛo metheoꝛoꝝ. tonitruū nihil aliud eſt ꝙ̄ extintus ignis in nube Vapoꝛ em̄ ſiccus eleuatus. ⁊ caloꝛe aeris inflāmatꝰ. qñ a nube aquoſa incipiꝛ ſubito extinguiꝛ. ex qua extinctōne ſtrepitꝰ tonitrui generaꝛ. ſicut qñ in aq̄ extinguiꝛ ferrū ignitū fit ſonitus ⁊ ſtridoꝛ.

¶ Cur maris exundet rabies.

¶ Tercia queſtio. cur rabies maris exundat ¶ Ubi ſciēdum ꝙ luna aquarū maris eſt attractiua. ſicut adamas attrahit ferrū. ſic luna mouet ⁊ trahit poſt ſe occeanū. vñ in oꝛtu lune intumeſcit mare. ⁊ creſcit ex pte oꝛientali. ⁊ decreſcit ex pte occidētali. Et iđo qñ luna eſt in occaſu. tūc mare ex pte occidētis creſcit. ſed decreſcit ex parte oꝛientis. Secđm igiꝛ ꝙ luna plus vl' minus ꝓficit in ſuo lumine. ſic plus vel minꝰ in ſuo flumine mare ſe extendit. vel ipm mare retrahit. vt Macrobiꝰ refert in libꝛo ciceronis. Occeanus em̄ in decremēto lune retinet iſtū moduꝫ nam pmo die creſcētis lune fit copioſioꝛ ſolito. ⁊ abundat in ſummo. ſꝫ ſcđo die minuiꝛ. ⁊ ſic deſcendit vſq; ad ſeptimum diem. Deinde iterum creſcit per ſeptem dies. ita ꝙ in quartodecimo die eſt iterum plenꝰ in ſummo. Vñ in nouilunio ſꝑ mare eſt pleniſſimū. ⁊ etꝫ in pleniſſimo

¶ Guſtuſq; malignus.

¶ Quarta queſtio eſt. cur guſtus malignus. hoc eſt que eſt cauſa ſalſedinis maris. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ huius duplex eſt cauſa. vna eſt cauſa. quia tranſit per loca calida. Calidi autem ſunt due operatōes qñtū ad propoſitum ſufficit. ſcilicꝫ adurere ⁊ atterere. Calidum igiꝛ humoꝛes adurit. ex qua aduſtione in ipſis amaritudo relinquitur. h̄ modo mare per diuerſa loca tranſiens amaritudinem recipere poteſt. Pre

terea cum mare ſit valde latũ ꝛ diffuſum virtute caloꝛis ſolis dulcioꝛ et ſubtilioꝛ pars aquarũ marinaꝝ ab ipſis attrahi poteſt. Et ſic groſſioꝛes relinquunť. que cum faciliter euapoꝛari non poſſunt caloꝛe ſol' aduruntur. quam aduſtionem amaritudo ſequitur

## ¶ Que natura pennatoꝛum eſtiualium in hyeme deficientium ꝛ conuerſim

¶ Quinta queſtio queſiuit de natura auium. Cur ſcꝫ quedam aues tempoꝛe hyemali a nobis alienanť. tempoꝛe vero eſtiuali redeunt. Ad quod dici poteſt. ꝙ hoc contingit propť diuerſitatẽ tempoꝛum. quia nõ omne tempus ad earum conſeruatõem eſt abile. ꝛ ideo recedendo ꝛ redeundo motu illo ſe nituntur conſeruare. Sunt enim quedam pennata tam modici caloꝛis naturalis. ꝙ propť frigꝰ bꝛumale in locis frigidis ſuſtentari non poſſunt. Et ideo hyeme adueniente quedam earum ad calidas regiones mundi tranſuolãt. vt videmus in ciconijs. Quedam loca paludinoſa querunt ſeu petunt. vt hyrũdines. Quedam etiã plumis cadentibus in aliqua cauernula terre vel arboꝛis in ipſis plumis iacent vſqꝫ ad tempus vernale. Et tunc caloꝛe veris redeunte foꝛtificať eoꝛũ caloꝛ naturalis. qui pꝛocreat in eoꝛũ coꝛpe plumas iterato. ꝛ ſic reuiuiſcũt ad nos reuertentes. vt cuculus

## ¶ Quid grandinis rotunditas

¶ Sexta queſtio queſiuit. quid eſt grandinis rotunditas. ¶ Ubi notandum ꝙ vt dicit Areſtoteles. grando eſt impreſſio generata ex vapoꝛe humido ꝛ frigido ꝛ frigoꝛe fugato. ꝛ ab interioꝛibꝰ nubis propť dominiũ calidi circũſtantis. Generať autem in nubibus a terra lõginqs. Et ideo cauſa generatõnis eius eſt vapoꝛ frigidus ꝛ humidus in ꝯcauitate nubis receptus. qui ex frigiditate aeris condenſať. Naꝫ partes humide ꝛ frigide fugientes caloꝛem aeris ſe recipiũt in interioꝛibus nubis. ꝛ ibi inuenientes vapoꝛes partes eius aggregant. ꝛ in ſubſtantiam grãdinis congelant. Unde vehemens caloꝛ eſtiualis grandinis generatõem impedit. quia diſſoluendo vapoꝛem eius partes aggregatas pariter non admittit. Similiť nimium frigus in hyeme. quia tunc non eſt caliditas in aere. quam fugiens frigus ſe recipit infra nubem. Grando autem parua ꝛ rotunda deſcendit ex ſupꝛemis locis. vt dicit Areſtoteles. Cauſať autem paruitas ex moꝛa eius in aere ex longo tempoꝛe. Unde ex conuolutione diuturna rotundať. ꝛ caloꝛe aeris partes eiꝰ aquee reſoluunť ꝛ minoꝛanť. Sed in grandine in locis vicinis terre generata accidit contrarium ex cauſa contraria

## ¶ Quid niuis prolixitas

¶ Septima queſtio. propť quid eſt niuis prolixitas. ¶ Ubi notanduꝫ ꝙ nix eſt impreſſio ex vapoꝛe frigido ꝛ humido generata. ꝛ in infima parte medij interſtitij aerꝫ cõgelata a mediocri frigido reſpectu pꝛuine. ꝑ

ter admixtionem caliditatis. que quidem caliditas incluſa in ei⁹ ſub-
ſtantia. ⁊ nõ ſtatim deuicta a frigore circunſtante rarefacit eius ſubſtã-
tiam ⁊ qualificat recipiens albedinem in colore. propter victoriam fri-
goris in fine. atqȝ ꝓpter expanſionem ⁊ diſpſionem partium nubis. ſeu
propꝛ frigus debilitatum a calore frangiꝛ in partes tantas ad modum
lane carpte. Nix enim generaꝛ in nube minus frigida ꝙ̄ eſt illa in qua
grãdo generaꝛ. quod vt teſtaꝛ mollicies. niuiſqȝ caliditas admixta nu
bib⁹ ꝑ ꝗbꝫ eius partes cõpmi inuicem ⁊ vehemẽtius aggregari. Nix
ergo aqua eſt durior ⁊ ſiccior ex frigore circunſtante. grandine tñ molli
or ex mixtione caloris in nube. Dealbaꝛ autem ex frigiditate in eius ſu
ꝑficie dominante. ⁊ modico calore nix in aquam reſoluta. ⁊ tam a duri
cie ꝙ̄ ab albedine de facili immutaꝛ

## ¶ Nebule potentia

¶ Octaua queſtio eſt. propter quid nebule potentia eſt. ¶ Ubi notan
dum ꝙ nebula eſt impreſſio facta ex reſolutione nubiũ in aquã pluuia
lem reſolutoria. vt dicit Areſtote. Uapores eñ ſic reſoluti ꝑ ſingulas
particulas aeris diffuſi nebulam gignũt ⁊ inducunt. que quanto ẽ ter
re vicinior tanto eſt obſcurior ſpiſſior ⁊ frigidior A terra aũt magis ele
uata magis eſt puia minus frigida ⁊ obſcura. Quãdo autem nebula
a ſole trahiꝛ ſurſum totaliter moueꝛ. ⁊ in materiam redit nubis. ⁊ ideo
future pluuie eſt ſignificatiua. Quando vero totalr̃ a radijs ſolis rep-
cuſſa deorſum cadit. ⁊ in ſuã redit originem deficit ⁊ euaneſcit. Uñ pur
gato aere futuram p̃ſtitit ſerenitatẽ. aliquãdo corrũpiꝛ in vapores ex q̃
bus generaꝛ. ⁊ tunc eſt multum nociua florum. Etiam eſt germinãtiũ
vineaꝝ corruptiua. ⁊ diuerſarum infirmitatum animalibus inducti-
tiua. latronib⁹ ⁊ peruerſis eſt conueniens. quia inſidiarum ipſoruꝫ eſt
occultiua. itinerantium ⁊ peregrinantium impeditiua. quia magna ne
bula ⁊ obſcura (que eſt incognita incerta) radiorum ſolis ⁊ aliarũ ſtel
larum eſt interceptiua. ⁊ ideo nauigantibus eſt periculoſa ⁊ grauis. vt
dicit Beda. quia dum nebule obſcuritas maris ſuꝑficiẽ occupat. vbi
debeat nauis recte verti ignorat gubernator

## ¶ An virtus lapidum ex cõplexione. an ex natura. An adamantina attractio ex componentibus ſimul: an ex vnius tm̃ incurſu.

¶ Nona queſtio eſt. an virtus lapidum ꝓcedat ex ꝯplexione forme cũ
materia. vel ex forma vel ex materia tm̃. ¶ Notãdũ ꝙ lapis eſt ẽs mix-
tũ ex q̃ttuor elemẽtis. in qua eſt tria ꝯſiderare. ſ. materiã lapidis. ⁊ hec
eſt groſſa viſcoſitas ſeu humidũ terreſtre. ita ꝙ materia lapidis ꝑtici-
pat iſta duo elementa. ſ. aquã ⁊ terrã ⁊ ꝓcipue terrã. Cui⁹ ſignũ eſt. cũ
ꝓꝑrium ſit terre ſubſtare aque. omẽ gen⁹ lapidis ꝓiectũ ad ſuꝑficiẽ aq̃
tẽdit ad fundũ. Ex quo apparet cum lignũ ad ſuꝑficiem aque poſituꝫ

non cadit ad fundum.ſed remanet in ſuꝑficie.quod nō participat pre-
ciſe illud elementum quod ſubſtat aque.ſed illud quod ſupereſt aque
videlicꝫ aerem ¶ Querit autem queſtio.an diuerſe virtutes lapidum
conſequantur ipos ratōne materie(vt dictū eſt)an ratōne forme.an ra
tōne compoſitionis forme cum materia. Dicendū cū Auicenna ꝙ vir
tus eſt ſequela forme.ex parte eñ materie progredi nō poteſt.qꝛ cū om-
nes lapides habent eandem naturā.ſequeret̃ ꝙ omnes eandē haberēt
virtutem. Verbi grā ꝙ oēs fugarēt venena.cōcordarēt diſcordes at
traherēt ferrū.⁊ ſic de alijs ꝟtutibus lapidū.de quibꝫ Albertus mag
nus in ſuis tractat minoralibus. Forma igit̃ que eſt natura ꝓncipa-
lis.⁊ per conſequēs principiū motus ⁊ quietis eſt.quā virtus lapidum
conſequit̃. Unde forma ſubſtātialis lapidū eſt natura mouens eos. et
inclinans ad ꝓprias virtutes ad operatōes exercendas Unde ſicut for
ma hoīs mouet ipm ad virtutē operatiuā eorum.que nō operat̃ aſinꝰ
Sic forma magnetis ⁊ adamātis mouet ipos ad virtutē oꝑatiuam eo
rum que nō operat̃ criſtallū vel margarita Nec aūt queſtio in genera
li ꝓpoſita poteſt ſpecificari hoc modo.an virtus adamātina ꝓcedit ex
ꝑte materie tm̄.vel ex parte forme tm̄.vel ex ꝑte cōpoſitōis forme cū ma
teria. Patꝫ reſponſio.quia attractio ſequit̃ virtutem adamantis. vir-
tus autem conſequit̃ formam ⁊ non materiam.

## ¶ Quid pluuie dulcedo

¶ Decima queſtio ꝓponebat.que cauſa dulcedinis pluuie eſt. Pro q̊
notandū ꝙ calidum adueniens humido duo facit. vel ipſum adurit
vt caliditas ſolis per continuam actōem in aquas maris ipſas adurit
et ex hoc cauſat̃ amaritudo.vel nō adurit.ſed digerit ⁊ decoquit attra
hēs ⁊ alleuians humiditates inferiores ad aerem ipās calefacit.ex qua
digeſtione dulcedo relinquit̃. Et hoc modo aque pluuiales efficiunt̃
dulces. Hinc eſt ꝙ modica ꝑs pluuialis aque humectās ſegetes plus
recreat ſuſcitat ⁊ fructificat q̄ꝫ ſi multum aque fontalis aut fluuial' ſu-
per ipſas ſperneret̃ aut funderet̃

## ¶ Putei hyemalis caliditas.eſtiualis frigiditas

¶ Undecima queſtio ꝓponebat.propt̃ quid fontes in hyeme ſunt cali
di.in eſtate vero frigidi. Uidemus eñ fontes in hyeme fumare. talis
autem fumatio atteſtatur fontium calorem. Nuius rō eſt.quia frigꝰ
vehemens ⁊ exellens tangens terre ſuꝑficiem inuenit in ipā caliditatem
in eſtate per poros terre receptam. Agendo autem in ipam caliditateꝫ
depellit eam ad interiora.⁊ ad terre viſcera.in quibus eſt reſeruata ipā
aqua.ex qua fontes ⁊ fluuij generant̃. Nec autem caliditas reſiſtit ac
tioni ſui contrarij.ſcilicꝫ frigiditati.ex qua reſiſtentia fortificat̃. Nam
contrarium agens in ſuum contrarium ſi inueniat reſiſtentiam in ipō
ſua virtus minoratur.⁊ virtus alterius cōtrarij fortificatur. Hoc mo
do caliditas relinquitur in aquis fontium tempore hyemali. Huius

ſimile eſt. quia in hyeme dum manus vehemēter eſt infrigidata. ſi appo-
nať igni vehemēs calor agit in vehemēs frigus. qđ eſt in manib. Fri-
gus aūt calido reſiſtit. ⁊ ꝑ hoc ꝙ magis reſiſtit magis fortificať. h mo-
do contingit manū maiorē pati punctōem. ſed tñ ꝑ ꝯtinuam ignis ap-
plicatōem tandē frigus expelliť. Sic frigus in hyeme circūſtās toti ter-
re calidū ſuſceptū in terra depellit ad eius inferiora. Et ſic calidū reſi-
ſtens fortificať. Preterea hui⁹ alia rō eſſe pōt. qꝛ tpe brumali pori terre
ꝯſtringūtur. ita ꝙ calor terre tm̄modo ꝑ fōtes valet euaporare. Eſtiuo
autē tpe pori terre ſolis calore apiunť. quib aptis caliditas terre īclu-
ſa valet exalare. Et qꝛ terra naturalr̄ eſt frigida. abſente calido frigefa-
cit venas ⁊ fontiū meatus. Hinc etiā trahiť cauſa cur hoīes in hyeme
celerioris ſunt digeſtionis ꝙ̄ in eſtate.

## Viſus triplex emiſſio

Duodecima queſtio querebat. cur ſit triplex viſus emiſſio. qđ nō ē in-
telligendū Cur quedā aīalia acute. quedam acuti⁹. ⁊ quedā debiliter
vident. Sed potius eſt intelligendū de diuerſis diſpōibus linee ducē-
tis viſū ſuꝑ rem viſibilem. Nā omnis viſio ſit ſm triplicē lineā ad mo-
dū trianguli vel piramidis ꝯſtitutam. quarū due ꝓcedūt ab oculo. et
extenduť ſuꝑ duas extremitates viſibiles. Et tercia eſt ꝑ modū baſis
hymaginādo protēſe ab vna extremitate viſibilis ad aliā eiuſdē Con⁹
eīn illius figure hymaginari debꝫ in oculo. baſis aūt in re viſa Et ſi cō-
tra radios viſuales cōtingeret ꝯcurrere anteꝙ̄ ad oculū poſſent ꝑtige-
re ꝓpter nimiā viſibilis a viſu diſtantiā contingeret viſibile nō videri.
Et ad ꝑfectam viſionē tria exiguť. ſcꝫ organū Verbi grā. pupill⁹ ocu-
li. vt ſit determinate diſpoſitus. ⁊ ꝙ mediū ſit illuminatū. ⁊ etiaꝫ ꝙ ob-
iectū in determinata diſtantia ſit ſituatū. Al's eīn viſum circa viſibile
iudicādo ꝯtingeret errare. Nā quāto obiectum viſibil' plus diſtat ab
oculo. tanto ꝯcurſus radioꝝ ſiue lineaꝝ viſualiū ꝯſtituit angulū acu-
tiorē. ⁊ ꝑ conſeqns tanto res viſa apparet minor. Hic eſt ꝙ ſol appꝫ ꝑ-
ue quātitatis. cū tamen ſit maior tota terra. Ecōuerſo quāto viſibile ē
ꝓpinquius tanto ꝯcurſus radioꝝ viſualiū ꝯſtituit angulū ebetiorē vl'
obtuſiorem. ⁊ ꝑ conſequens viſibile apparet maius

## Colorum concretio

Ultima queſtio ꝓponebat ꝓpter quid ſit colorum diſcretō. Ubi
notandū ꝙ color ſm Areſtotelē in de ſenſu ⁊ ſenſato eſt extremitas per-
ſpicui in corpore terminato Nō eīn dicit ꝙ ſit extremitas corporis ſim-
pliciter. ſed potius extremitas ꝑſpicui. hoc autem dicit quandam cor-
poris qualitatem. Dicitur autem extremitas ꝑſpicui. qꝛ color apparꝫ
in extremitate. Et diciť (in corpore terminato vel determinato) ad dif-
ferentiam corporum indeterminatorum. Licet enim in corporibus in-
determinatis aliquis eſt color. Ille tamen non ineſt ei ratione perſpi-
cuitatis. aut ratione pure tranſparentie. ſed ratione alicuius termina-

tionis. Fit aūt in corpibus indeterminatis. Verbi grā. in aqua vel in aere lumē dr actus corpoꝝ indeterminatoꝝ. tenebre vero dicūt pͥuationes eius. ſic quodāmodo nigrū dr pͥuatōem reſpectu albi. qꝛ eſt minoris pfectōnis. minuſqꝫ de natura lucis pticipat. Generant aūt colores medij p extremoꝝ coloꝝ ꝯmixtionē. ita ꝙ quelibꝫ ps extremoꝝ ꝯmiſceat partibꝫ alterius. De his autem ad librum de ſenſu ꝛ ſenſato tractare relinquitur.

¶ Cum igit iſtarum queſtionū difficilis ſolutō animū mutatōis nō poſſꝫ adimplere. vxori ſtuduit pͥdictiſ poſtpoſitis ſubiugari. Viſis vndiqꝫ virginibꝫ in tediū ductus parētibꝫ ſic reſpōdit. Jmprobo corruptas. lectos deteſtor aniles Nil mihi cū feda ꝟgine. ſolus ero Spretiſqꝫ pͥdictis. vtpote ſolutōibus difficilibus. Ptolomei pͥceptis inquit de cetero inſiſtam. Sed ſignorꝫ gradus planetarumqꝫ diſcurſus ſine turris eleuatōne facili viſu comprehendi nō poſſunt. Quid inqt de cetero faciaꝫ miſerum eſt me eſſe hominem. vtinā humanitatem poſſē exuere: aſineitatemqꝫ induere: ſpecie pmutata.

¶ Hic Boetius enumeratis queſtionibꝫ. que deſcripte erant in ſede crathonis oſtēdit qūo fecit filius inconſtantie Et pͥmo facit hoc. ſecūdo ꝯcludit ibi (Quid de cetero faciā) dicēs ſic. Cum filius inconſtātie in queſtionibꝫ enumeratis pficere nō poterat propter earū difficultates ſtuduit vxorari. Et cum viderat multitudinē virginū ductꝰ in tedium parentibus ſuis ſic reſpondit. Improbo corruptas ꝛc̄. vt pꝫ in textu. Et cōcludit ſe magis ſolari velle qꝫ ducere vxorē. Et tandē pͦpoſuit ſtudere difficiles qͣſtiones ptolomei. dicēs ſe pͥceptis ſuis velle inſiſtere Cū aūt viderat ꝙ gradus ſignoꝝ ꝛ curſus planetaꝝ de facili nō poterant ppendi ſine turris eleuatōne. dixit ꝯcludendo. Quid faciā de cetero miſerū eſt me eē hominem. Vtinā poſſem exuere humanitatē ꝛ induere aſineitatem ſpecie permutata.

¶ Sit ergo diſcipuli ſumma magiſtratui ſubiectō. exercitij attentō. aīmi beniuolētia. ingenij docilitas. ſpēꝝ luxurie euitatō. feliciſqꝫ ꝯſtantie debita pfeſſio.

# Diſciplina ſcholarium

Hic recapitulat ſeu epilogat recolligendo ꝑus dicta dicēs. Sit igitur ſumma diſcipuli ſubiectio erga magiſtrum. exercitij attētio. animi beniuolētia. ingenij docilitas. ſpecierum luxurie euitatio. ⁊ felicis conſtantie debita profeſſio.

Explicit liber ꝑmus
Incipit liber ſecūdus

Omnia ſiquidem ſuꝑius expedita ad ſcholariū informatōem ſtꝫ affixa. Nūc de eoꝝ ſagaci ꝓuiſione breuiter eſt trāſcurrendū

Hic incipit ſecundus liber. ⁊ quartū capitulū In quo ſm ordinem in prohemio ꝓmiſſum determinat Boetius de ſagaci ſcholariū prouiſione. cū ſint in partibus alienis. Et diuiditur in tres partes principales. In ꝑma ꝑmittit intentū cum hoc declarando diuerſitatem ꝯplexionum humane nature. In ſcđo oſtendit que requirunt ad ꝓuidentiaꝫ ſcolarium ſagacem. ibi (Felicis aūt diſcipuli) In tercia ꝑte declarat requiſita ad ſcolariū ꝓuidentiam reſpectu corꝑis ibi (Cū autē indiſcrepans) Prima adhuc in duas. ꝑmo eīn ꝑmittit intentum. ſecundo exequitur illud ibi (Cū humani corporis ꝯditio) dicens ſic. Omnia in precedenti libro expedita pro ſcholariū informatōne ſunt cōpoſita. ſcilicꝫ in quibus debent informari. ⁊ quomō ſe habebūt erga magiſtros ſuos. Nunc aūt in ꝑſenti ſecūdo libro de ſagaci ꝓuiſione eoꝝ eſt breuiter tractandum ¶ Item eſt hic notandum ꝙ ex quo dicebatur in precedentis libri principio ꝙ eius ſubiectū eſt aptitudo diſcipuli cognitionē veritatis recipiendi a docente. ideo ad hanc aptitudinē oīa que in hͦ libro determinantur applicāda ſunt ⁊ reducēda. qđ in hac parte determinate ſic reducendum eſt. Oſtenſo in ꝑte ꝑcedenti. in quibus debita aptitudo diſcipuli doctrinam recipientis ꝯſiſtit. quia in ꝓceſſu ad ſcientias ordinato. Et in debita ſubiectōne reſpectu docentis. que in tribus conſiſtit. videlicet docilitate beniuolentia ⁊ attentōne. Nūc autor ꝯtractat de prouiſione aptitudini predicte neceſſaria. que ad eaꝫ amminiculatur. ipſamqꝫ inducit. Quoniā ſm Areſtotelem natura humana eſt multipliciter ancilla. Propter eius eīn nobilitatem ⁊ aptitudinem multis indiget. Recte ſicut miles ad actum militie exercendū indiget pluribus. videlicet armatura. ſeruis. equis. ⁊ alijs huiuſmodi ſibi neceſſarijs. Sic etiam homo pro vite ſuſtentatione indiget victu ⁊ veſtitu ſibi congruis ⁊ aptis loco connaturali. Homines autem diuerſarum ſunt complexionum. Et quidam minus. quidam vero magis ad ſcientiam ſunt apti. quoniam anima corporis complexionem ꝯcomitatur. vt dicit autor ſex ꝑncipioꝝ Et qꝛ hic agit de aptitudine ꝯgnitōeꝫ

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

veritatis recipiendi.etiam determinandū eſt de complexione.que ad ipſam amminiculat̃.Complexio autem indiget nutrimento.⁊ ſi ſtudium exercere debeat.indiget loco.quia ſtudiū ſapiētie eſt ꝓuilegiatuȝ vt loco ſolitario magis ſit aptum.Alia vero ſtudia ſicut militarꝫ ⁊ architectonice ⁊c̃.quia in publico ꝯuenientius exercent̃. Nutrimentū igitur ⁊ locus complexioni ⁊ ſtudio organice obſeruiunt. Naȝ ſicut viſus obſeruatur in oculo.ſic complexio in nutrimēto Unde ſimile eſt in medicinis. Ipa eñ ex quo tractat de ſanitate.ꝑmo oſtendit in quibus ſanitas conſiſtit.quia in humorum adequatōne poſtea detminat de his que ad ſanitatem amminiculant̃.eamqꝫ inducunt ⁊ conſeruant Sicut ſunt humoꝝ euacuatō ſuperfluorum.dieta congrua.⁊ alia huiuſmodi.Sic recte ꝓcedit Boetius poſtqꝫ determinauit de his in quibꝫ aptitudo ꝯſiſtit.iam tractat de illis q̃ ad talē amminiculant̃ Et hec ſunt conueniētia loci ſtudij ⁊ menſura alimēti cuiuſlibet apta

¶ Cum corporis humani conditio:fleumate:ſanguine colera.melancolia conſiſtat ſuffulta.ab aliquo ꝑdictorū quemlibet neceſſe eſt elicere preeminentiam

¶ Hic Boetius exequitur intentum ſuum.oſtendēdo diuerſitatem complexionum. Et diuiditur in duas partes.primo facit hoc in generali.ſecundo in ſpeciali ibi.(Melancolico vero)dicens ꝑmo ſic. Cū natura humana compoſita ſit ex quattuor humoribus ſciliċ fleumate.ſanguine.colera.⁊ melancolia.neceſſe eſt quemlibet hominum habere preeminentiam in aliquo predictorum ¶ Item eſt hic notandum ꝙ complexio humani corporis quattuor humoribus.melancolia ſcilicet fleumate.ſanguine.⁊ colera fulta ē. Unde necē eſt quemlibet hominez ab aliquo predictorum humorum accipere preeminentiam .ſcilicet in ſanguine fleumate.ſeu in aliqua aliorum.(Et eſt humor vt hic ſumitur corpus humidum in corpore animalis generatum aptum natū nutrire corpus)Et eſt quadruplex vt dictum eſt Et qꝛ ſm Areſtotelez ſecundo de generatione.ex eiſdem ſumus ⁊ nutrimur.ideo ceſſante humore in corpore animalis.ſequitur eius deſiccatio ¶ Secundo notandum.ꝙ complexio poteſt ſic deſcribi(Cōplexio eſt contexio ſeu cōmixtio ſm magis ⁊ minus dominans abcedens ⁊ recedens ab extremis ad mediū ſimpliciter vel quo ad nos. Uel ſic.Cōplexio eſt diſpoſitio extrinſeca vł ſuperficietenus apparens ſignificans cauſas intrinſecas cō ſimiliter ſe habere. Uel ſic.Cōplexio eſt diſpoſitio alicuius de quattuor humoribus reſultantibus ex quattuor elementis ad inuicem ſm proportionem inequalitatis

Melācolico ꝓpo tiori pigriciciqꝫ ſubiecto ſub locꝫ ſecretꝫ ⁊ āgulo.ſtrepituqꝫ carētibꝫ.lucꝫqꝫ paꝝ ꝛcipiētibꝫ ſtude

re eſt oportunū. Saturitatēq; decliuā: ſenāq; precauere
cenam. potibuſq; mediocribus gaudere ad nature ſubſi
dium. et pro ut ſtudij deſiccatio exigit plenaria potus re
ceptione ad menſurā confoueri. Ne nimij ſtudij proter-
uitas tyſim generet. anhelanſq; thoracis ſtrictitudinē
¶ Hic in ſpēali determīat de ꝯplexionibus. Et diuiditur in q̄ttuor
ſm ꝙ q̄ttuor ſunt ꝯplexiones. ptes patebūt Et p̄mo determīat de me-
lancolica ꝯplexione dicēs ſic. Melācolico timori ⁊ tarditati ſubiecto.
neceſſariū eſt ſtudere in loco ſecreto ⁊ anguloſo. vbi nō fiūt magni ſtre-
pitus. vbi etiā non eſt lux intenſa. Et gaudebit modica ſaturitate: ca
uendo ſibi de ſerotina comeſtione. gaudebitq; potibus mediocribꝰ ad
nature ſue ſubſidiū. prout labor ſtudij req̄rit. Pōt recipe potuȝ plena
rie ⁊ alia. ⁊ foueri ad mēſuram. ne nimia ſtudij ꝓteruitas generet in ip-
ſo thiſim ⁊ pectoris ſtrictitudinē ⁊ anhelitus ¶ Notandū hic. ꝙ com-
plexio melācolica eſt. qñ mixtuȝ ex q̄ttuor elemētis ꝯponitur ſeu hūori
bus vbi humor terre predñatur alijs hūoribus in mixto exñtibus. Et
ideo ſi ille humor ē frigidus ⁊ ſiccus. ſic talis ꝯplexio eſt frigida ⁊ ſic-
ca ⁊ terre aſſimilat᷑. Sūt autē melācolici inferius groſſi. ſupius aūt ap
parent macelenti. eo ꝙ melācolicus ſm humorē melācolicū eſt ꝯplexio
natus Melancolia vero ē humor terreus ⁊ groſſus naturam hoīs de-
primens in naturā terream. Unde melancolici ſunt terre compabiles.
Terra autē inter oīa elemēta eſt plus materialis propter qđ etiam di
citur fex oīm elementoꝝ Ideo etiā melancolici maxime ſtꝫ groſſi ⁊ mi
nime agiles Et propterea etiā dicūtur ſubiecti pigriciei Sūt etiaȝ ti-
moroſi. timor eñ opponitur audacie Audacia vero eſt ira quedā accē
ſa ꝑncipaliter propter bonum. Ira eñ eſt accenſio ſanguinis circa cor.
Cum igit᷑ melancolici ſtꝫ humoris groſſi. eo ꝙ ſunt naturaliter frigidi
et ſicci. ideo calor eoꝝ non habet ꝟtutem accendendi ſanguinē. propt᷑
quod ſunt timidi. Decet etiam eos ſtudere in locis ſecretis ⁊ angulos᷑.
Quia ſm Auicennā imunitas a materia reddit nos intelligentes. Sȝ
melancolici ſunt maxime materia onerati. vnde impedit᷑ circa ſenſus
oīs virtus intelligendi. eo ꝙ neceſſe eſt quēcunq; intelligentē phantaſ
mata ſpeculari. ideo debent eſſe in locis ſecretis. Uel etiam q2 timidi
ſunt. ideo ad loca ſecreta fugiunt. Uel etiam q2 valde ſunt materiales
difficulter recipiūt impreſſionē alicuius cognoſcibilis. propter qđ faci-
liter poſſunt impediri. ideo nullatenus circa ſe ſtrepituȝ pati poſſunt
Debet etiam melācolicus p̄cauere nimiaȝ ſaturitatē quia cuȝ ſit groſ
ſus. ex ſaturitate nimia groſſi humores ⁊ peſſimi poſſunt generari. ⁊ ſic
fieret oīno inabilis. Cum etiam naturaliter ſit frigidus. ne ex defectu
caloris naturalis cibus maneat indigeſtus. vt ſic corpus reſeruetur.

Debet etiã precauere cenam tardã. quia ꝑ ſomnũ fit digeſtio ⁊ humo
rum cõgregatio. Nec igitur humor gñatus ex cibo abũdanter exceſſiue
ſiue in ſomnũ ad cerebꝝ aſcẽdit ipm deſtruẽdo ¶ Cõſequẽter notan/
dum. ꝙ melancolice cõplexionis ſigna ſunt. Nã melancolicus eſt inui/
dus. infidelis. fallax. incõſtantis animi. tardus in oĩbus factis. inor
dinatum appetituꝫ. diligit eñ eſſe ſolus. eſt timidus dum hoĩes debet
inſpicere. ebes eſt ingenio. plures habẽs carnes. multuꝫ bibit. quia ẽ ſic
cus naturaliter. Paꝝ comedit quia nõ poteſt digerere rõne frigiditatꝭ
paꝝ appetit coitus. Nihilqꝫ vel paꝝ potat. quia frigidus ẽ ⁊ ſiccus Si
vere vult appetere. cibaria calida ⁊ humida pulueroſa. ſeu bñ pipata
ſumat. bonũqꝫ vinũ aut potuꝫ caliduꝫ potet. aut eſſet breuioris vite.
Sic eñ rone caloris in cibis ⁊ potibus exñtis calor naturalis augmẽ/
tatur Et rõne huĩditatꝭ nutrimẽtalis humiduꝫ radicale incepit aug
mentari Et ſic plus appetit ⁊ plus poteſt ꝙꝫ ſine hijs. Et ſunt hec ſig/
na in his metris ꝯtenta. Inuidus ⁊ triſtis cupidus dextreqꝫ tenacis.
Non expars fraudis timidus luteiqꝫ coloris ¶ Nota thyſis eſt ꝯſump
tio corꝑis naturaliter humectãtis ex alteratõne corꝑis proueniẽs. Vñ
thyſici ꝑ fleumatis emiſſionẽ ꝯſummũtur. ſic ꝙ vix cutem ſuꝑ oſſa ob/
tinent. Unde lauto cibo pñt vitaꝫ prolõgare ¶ Thorax eſt pectus vel
lorica. Sequitur textus.

¶ Fleumaticus vero licet ſtrepitu rugiẽtibus edibus lu
ciſqꝫ capaciſſimis ſtudij ꝑceptis põt informari. poculiſ/
qꝫ plenioribus põt ſuſtẽtari. cibarijſqꝫ oĩmigenis ꝯfoue/
ri. venereoqꝫ acceſſu (ſi fas eſt dicere) mẽſurnus ꝑmoliri

¶ Hic oſtẽdit propetates fleumatici. Et vult ꝙ fleumaticus põt in
formari doctrinis in locis clamoroſis ⁊ capaciſſimis lucis. Poteſtqꝫ
moueri multis potibus ⁊ nutriri diuerſis cibarijs Et ſi liceat dicere põt
ſemel in menſe actuꝫ venereũ exercere. ¶ Notandũ hic. ꝙ fleumaticus
poteſt informari documẽtis ſtudij in locis clamoroſis. quia frigidus ẽ
et humidus. Motus autẽ eſt caloris ⁊ ſiccitatis inductiuus Si eñ cõ
fricetur ad corpus calor generatur Quia igitur frigidus ẽ motus (qui
eſt actus ſtudendi difficilior eſt in maiori ſtrepitu. qui ſenſuꝫ mouet. et
ita calor in eo intenditur. ⁊ quodãmodo humor ſuꝑfluꝰ digeritur Ha
bet eñ fleumaticus ſanguinẽ non ita nobilem ſicut colericus. Et ideo
nõ faciliter ꝑ ſtrepituꝫ in actu ſtudij impeditur Strepitus tamẽ nõ ꝓ/
mouet. ſed impedit ſpeculatõem intellectualem. Eſt autẽ fleumatica
cõplexio quãdo aliquod mixtuꝫ ꝯponitur ex q̃tuor elementis. ſiue q̃t/
tuor humoribus naturã elementoꝝ cõſequẽtibus. ita ꝙ humor aqueꝰ
alijs predomĩatur humoribus. Unde fleumaticus eſt frigidus ⁊ hu/
midus ſicut aqua. Et naturaliter oĩes mulieres fleumatice ſunt cõ/
plexionis. Signa autẽ per que cognoſcitur fleumaticus ſunt hec. Eſt

albi coloris.carnoſus parua oſſa reſpectu ſue carnis habens.facie pin-
guis.nõ cito iraſcitur.timidus.⁊ nõ letus rõne frigidi ꝯſtringẽtis.mul-
tum comedit.minus bibit.tardus eſt in factis ſuis.capillos habꝫ mol-
les ⁊ rectos.multū continuare poteſt coitum.quia humidus.parū
tamẽ appetit.quia frigidus.Si vero multū appetere velit bibat for-
tia vina.comedat cibaria calefactiua.ſic cõfortabitur in eo calor natu-
ralis.De ſignis ⁊ propetatibus fleumaticis dant̃ hec metra.Hic ſom-
nolentus piger in ſputamine multus.Eſt huic ſenſus hebes.pinguis
facie color albus Et rõne humiditatis cito addiſcũt.ſed male ret ĩnẽt
et rõne frigiditatis tarde loquũtur.Etiam rõne frigiditatis parum
appetunt coire.rõne autem humiditatis multū poſſunt

¶ Sãguineus vero cuius cõplexionis fauorabilior ꝓ-
pago ẽ omĩbus ſitibus ac cibarijs põt adaptari.quẽ lu-
dendo ſepius grauiſſima queſtione nouim⁹ cõfoueri q̃ꝫ
ſi obliquãtibus hyrcis parietis ſolus ocillaret.nõ tamẽ
in hoc ſemꝑ eſt cõfitendũ.Hũc autẽ cibarijs omĩgenis
gratiſſimis.potibuſqꝫ leniẽtibus decet hylarari

¶ Hic ponit propetates ſanguinei.dicens ſic.Sanguineus cui⁹ com-
plexio eſt nobilior inter ceteras ſtudere poteſt in omĩ loco.⁊ ſepe luden-
do queſtiones incorꝑare grauiſſimas.nõ tamẽ in hoc eſt ſemꝑ confiden-
dum Scientia em̃ melius a quocũqꝫ acquiri poteſt ſtudendo q̃ꝫ ludẽ-
do.⁊ debet delectabilibus vti cibarijs ⁊ potibus ſubtilioribus ¶ No-
tandum hic.ꝙ ſanguinei ſunt naturaliter calidi ⁊ humidi.qua facili-
ter recipiunt.⁊ recepta retinent.quapropter aptiſſimi ſunt ad diſcipli-
nam.Unde ſanguinea complexio eſt quãdo mixtū aliquod ex quat-
tuor cõponitur elementis.vbi aer ⁊ virtus eius prednãtur alijs elemen-
tis.Uel vbi ſanguis nature aeree alijs humoribus ab alijs diecuſſus e-
lementis in mixto predomĩatur alijs elementis.Ideo hec cõplexio eſt
calida ⁊ humida aeri compabilis ¶ Signa huius cõplexionis ſunt.ſci-
licet ꝙ eſt letus cantans largus ſeu liberalis amabilis.mediocriter ru-
bei coloris.pius.conſtans.moderatus.ad ꝟtutes naturaliter inclina-
tus.non multū loquens.ac nimis tacens.ſed facũdus nõ precipitãs
facta.non habeos appetitum inordinatū.vult cõuiuere ſodalib⁹ bo-
nis.faciei nõ rugoſe.multum appetit propter caliditatem.⁊ multū po-
teſt propter humiditatẽ.vnde ꝟſus Largus amans hylaris ridens ru-
beiqꝫ coloris.Cantans carnoſus ſatis audax atqꝫ benignus.

¶ Colericus vero pallide effigiei plerumqꝫ ſubiectus

ſolitudini ſemp̱ ſupponatur ne nimiꝭ ſtrepitus auditu bi
lem in totam effundat cohortem. ſicq; magiſtratus vene
rabilem ne ledat maieſtatem O q̄ꝫ magiſtratus leſio ē vi
tanda Hūc cena grādiori nouimus ſuſtētari. potuq; for
tiori deliniri Cauēdu; autē eſt. ne litis horror āminiſtra
tione potus iſtius r.. bidu; mētibus extrahatur Si aūt
qualitatꝭ aſſignate ignorans ſit ſocietas theoricos con
ſulat. ſeq; ſic cognoſcat. pluribus vero mentibꝰ intima
tum eſt gnotoſolitos.

¶ Hic oſtendit cōditiones colerici. Et p̄mo facit hoc. ſecūdo ſubiūgit quandā cautelam. ibi Cauendū eſt autē. Tercio remouet dubiū. ibi. Si autē qualitatis. Primo dicit ſic. Colericus qui eſt pallide faciei. ſtudebit in loco ſolitario. ne bilem infundat propter nimium ſtrepitum in ſuā ſocietatem. Nec etiā venerabile; magiſtratus ledat maieſtatem Et ſubdit dicens O quātu; vitāda eſt leſio magiſtratus. Pōt colericus etiā vti cena grandi. etiā ⁊ potu forti Subiūgit quandā cautelam dicēs. Maxime eſt cauendū ne litis horror in potus āminiſtratione extrahatur Et vltimo remouet dubium ſic incidens. Cum ſit dictu; de q̄ttuor cōplexionibus. poſſet aliquis dicere quō nos habere poterimus dictaꝝ cōplexionū cognitionē Remouēdo dubium hoc dicit Boetius. ſi ignoraueris aſſignare qualitates. conſule phos ſpeculatiuos ſeu medicos. ⁊ ſic fit mētibus intimatū (gnotoſolitos). i. noſce teipm ¶ Notandū hic. ꝙ cōplexio colerica eſt. quādo mixtu; cōponitur ex q̄ttuor elementis. ſiue hūoribus. ſic ta mē ꝙ humor igneus aliꝭs hūoribus in eo predn̄atur ¶ Signa aūt per que cognoſcit̄ hec ꝯplexio ſunt hec. ſpm eſſe pallidu;. ſicut eſt color cineꝝ. quod actionē calidi ſuper humidū cōſumptu; ſignificat. etiam fortiter bibit ⁊ plus q̄ꝫ comedit Gracilis nō carnoſus. facies eius macra ⁊ gracilis. cito iraſcit̄. iraq; eius cito tranſit. audax eſt. preceps in ōnibus factis. in tremore immoderatus. quaſi nullu; timens loquēdo. capillos habens duros ⁊ nigros. ſupiora eius ſunt groſſa. oſſa magna. neruos ⁊ muſculos habēs duros. Mobilis ⁊ velox eſt ⁊ nō piger. quia caloris eſt faciliter mouere oīa membra. prodigus eſt ſemp̱ dans. circūſtantias nō attendēs. multum appetens quia calidus. paꝝ potens quia ſiccus. Unde ſi vtatur humidis cibariꝭs ⁊ calidis. vtpote pullis iuuenibꝫ in recenti aqua decoctis. hec nature eius poſſunt ſuffragari. Signa hec habētur in hiꝭs ꝟſibus. Hyrſutus. fallax. iraſcens. prodigus. audax. Aſtutus. gracil.

ſiccus croceiq; coloris Si quis dicat. Auerrois ſup de celo ꝛ mūdo habet. ꝙ oīa mixta habēt ꝑdominiū a terra. ideo mouent̄ ad centrū rōe grauitatis. Videt̄ ideo ꝙ oīa mixta ſunt melācolica Dicit̄ ad hoc ꝙ duplex eſt ꝑdominiū elementoꝝ in mixto. Quoddā eī ſumit̄ ſm qualitatē tm̄. aliud vero ſm quātitatē molis. Dictū igit̄ auerrois intelligit̄ de quātitate molis. qꝛ in oīmi mixto terra hoc mō ꝑdominat̄. Dixtū eī debꝫ eē firmū. ꝛ nō cito frāgibile. cuius cauſa eſt terra. Sed dcm̄ autoris intelligit̄ de qualitatū ꝑdominio. Vn̄ aliquādo quātitas terre ꝑdominat̄ alijs. aliqñ qualitas ꝛ opatō ignis. ꝛ ſic de alijs ꝯplexionibus. Hoc igit̄ mō ꝯplexiones ſortiunt̄ ſpēm ꝛ numerū ¶ Cōſeqnter notandū ꝙ nūq; due ꝯplexiones in ambabꝫ ꝓprietatibꝫ oppoſite ſimꝉ eē poſſūt in eodē. vt fleuma cū colera. ꝛ melācolia cū ſanguine. niſi in gradu cōfracto. eo ꝙ ꝯtraria ſimul eidē ineſſe nō poſſunt. ſm tñ eē remiſſū iſti quattuor humores bñ in vno ꝯgregant̄. Et qui habēt ſimbolū ad inuicem facilius inuicē ꝯponi poſſunt. vt fleuma cū melācolia. qꝛ cōicant in frigiditate. ꝛ ſanguis cū fleumate. qꝛ in humiditate ꝯmunicant Sed melācolia ꝛ ſanguis ad inuicē ꝯponi nō poſſunt. qꝛ in ambabꝫ q̄litatibꝫ ſeu ꝓprietatibꝫ differūt. Et ſiſr colera cū fleumate faciſr ꝯponi nō poteſt. cū etiā in ambabꝫ q̄litatibꝫ repugnēt. Quia igit̄ quatuor cōplexiones ꝑracte raro pure ꝛ ſimplices repiunt̄. ſed ſepius ꝑmixte. ideo dinoſcere eius ꝯplexiones nō eſt puerile. Que tñ ꝯplexio in vnoquoq; genere ꝑdominet̄ capi poteſt aliq̄ mō per ſigna antedicta ¶ Nota ꝙ cōplexio ſāguinea (qꝛ calida eſt ꝛ humida) aſſimilat̄ aeri. veri. vento auſtrali. ꝛ inter planetas ioui. ac inter etates hoīs iuuētuti. Nec enim oīa calida ſunt ꝛ humida. Fleumatica ꝟo ꝯplexio aſſimilat̄ aque inter elemēta. hyemi inter ꝑtes anni. fauonio inter vētos. lune inter planetas. ꝛ etiā ſexui muliebri. Nec eī oīa frida ſt̄ ꝛ humida. Colerica ꝯplexio aſſimilat̄ igni. vento ſubſolano. eſtati. ꝛ etati virili. ꝛ int̄ planetas ſoli. Hec eī oīa calida ſunt ꝛ ſicca. Sed melācolica aſſimilatur terre. autumno boree ſeu vēto ſeptētrionali. ſaturno ꝛ decrepitui. qm̄ hec frigida ſunt ꝛ ſicca. ¶ Notandum ꝙ triplex eſt colera. ſcꝫ combuſta. temperata. ꝛ melancolica Cōbuſta viget in hominibus nigraꝫ habētibus faciem. q̄ſi a ſolaribus radijs combuſtā. Et tales ſt̄ multū rebelles. ꝛ de facili ad iram ꝯmouent̄. ꝛ cum inebriant̄ ſunt furibundi Tēperata aūt colera viget in hominibꝫ pallidā ꝛ aliqualr̄ rubeam habentibus faciem. Et ſunt tales diſcretiores in mente. ꝛ frequenter furioſi. non multum ſegnes. Colera autem melancolica dicitur vigere in hominibus lutulentam faciem habentibus. Et ſunt huiuſmodi ſptreſtes. ſemper habentes varias ymaginatōes fantaſticas. ꝛ de tali intelligitur littera.

O Felicis vero diſcipuli diſcretio magiſtratui ſubijci gaudeat. Eumq; metuendo diligat. Fidelis exiſtat. ne

ſub picturate dilectõnis obtentu albinus exiſtat detra-
hendo. Quid em̃ detractore nequius: ve magiſtrat⁹ de-
tractori etiam. etiam ſi mille fuerint Uenienti autẽ ma
giſtro aſſurgat pro loco ꝛ tempore. ip̃m ſalutando incli-
net. eũq3 (ſi iubeat) aſſequat̃ Manſioni quoq3 eius ſi po
teſt ſe inſerat cohabitando. vt ſic caſtigatus non ſolum
ſe remordeat. verumetiam ſi locus affuerit ad eum con-
fluat diligenter inquirendo. Si autem diſcipulus ma-
giſtro ſuo ſemꝑ (vt neceſſariũ eſt) nequeat exhibere preſẽ
tiam. tum propter manſionis ſue diſtantiam. tum ꝑpter
alterius rei cauſam. dicticas lateri ſuo ſemper promptio
res habeat cedulas ve. q̃bus diligenter imprimat. quod
conſcientie proprie nouerit intimatũ. eiuſq3 explicite in
quirat dubitatum.

¶ Hic autor ponit p̃ceptum generale. Et p̃mo facit hoc. ſecundo dic
tũ ſuũ magis reſtringit ibi (Si aũt diſcipul⁹) Adhuc p̃ma ps diuidi
tur i duas. p̃mo poĩt doctrinã. ſc̃do detractorẽ exclamat. ibi (q̃d detrac
tore nequi⁹. Primo dicit ſic Diſcretio felicis dicipuli gaudeat ſe ſub
ĳci magiſtratui. ꝛ metuẽdo eũ diligat. ꝛ in om̃ibus fidel' ei exiſtat Nõ
ſub dilectõe picturata. q̃lis albinus extiterat detrahendo. Et tunc ex
clamat detractõem dicẽs. Quid eſt nequius detractõe vel detractore
dato q̄ mille eſſent. Fidelis etiã diſcipuli diſcretio aſſurgat inclinan
do loco ꝛ t̄pe congruis magiſtro ſuo venienti Et ſi iuſſerit ip̃m ſequat̃
et ſi fieri põt mãſioni eius ſe inſerat cohabitãdo. vt ſic caſtigatus nõ ſo
lũ remordeat ſe. ſ3 ſi locus fuerit ꝯfluat ad magiſtꝝ dubia inq̃rẽdo Et
illud magis ſpecificat dicẽs. Si diſcipul⁹ (ſc̃m q̄ neccãriũ ẽ) nequeat ſꝑ
magiſtro ſuo exhibere p̃ñtiam. interdũ ꝑpter habitatõis diſtãtiã. ꝛ q̃n
q3 ꝑpter alterius rei cãm. tũc habeat dicticas lateri ſuo ꝑmtas. q̃b3 di-
ligenter imp̃met quod ſibi exp̃ſſum fuerat a mg̃ro ¶ Notandũ h̃ q̄ fe-
lix diſcipulus gaudẽter ſe mg̃ro ſuo ſubĳcere. ip̃mq3 timere deb3. Na3
qui nõ timet nõ obedit. ꝛ ſi non obedit nõ eſt ſubiect⁹. Nõ aũt ſic d3 ti
mere ip̃m ſicut fur patibulũ. ſ3 vt debitos honores ſibi impẽdat. ꝛ ei⁹
mãdato ſe ſubĳciat. ip̃m in nullo cõmouẽdo. ip̃m etiã diligere d3. quia
ſi nõ diligat ip̃m. p̃cepta ſua nõ cuſtodit. ſed cõtemnit Talis aũt ꝯtẽp

tus ſubiectōem impedit. Debꝫ aũt diſcipulus debitã exhibẽdo mgr̃o re
uerentiã tpe ⁊ loco aſſurgere Nõ ꝗdem omĩ tpe. qꝛ nõ. dum ſtudio ẽ im
peditus. nec omĩ loco. qꝛ nõ in ſcholis vel locis ſtudij. Et ſi pt diſcipu
lus cõmorabit̃ magiſtro ſuo. ne ſolus in ſtudio ſe remordeat. Tũc aũt
ꝗs ſe remordere dꝛ in ſtudio qñ ꝓprio intellectu ad aliꝗd acꝗrendũ la
borat. qđ ꝑ ſe inueſtigare nõ ſufficit. Diſcipulꝰ em̃ qñqꝫ magnos cir-
ca materiã aliquã facit labores. ſuꝑ q̃ facil'r poſſet a mgr̃o ſuo expediri
Si aũt cũ mgr̃o morã hr̃e nõ poſſet habeat dicticas in ꝗbꝫ dubia emergẽ
tia ꝯſcribat. tpe vt optuno eoꝝ ſolutõem ſuo a mgr̃o inꝗrat. ¶ Nota di
ctica dꝛ a dictamẽ. ⁊ ꝙ eos cuſtodia. vñ Clerice dictica lateri ſit ſp amí
ca. Nã ſine dictica vix retinebis ita. Vox audita perit. lr̃a ſcripta ma-
net. Sꝫ obijceret ꝗs h̃ eſt ꝯtra cõe ꝓuerbiũ. ſ. cordi nõ carte. ⁊c̃. Dĩ ad
h̃ ꝙ iſta nõ opponũt̃. pt em̃ ꝑmo dubiũ notificari ⁊ dictic̨ inſcribi. ⁊ pꝰ
modũ intellectui. Et ſic nõ ſolũ dicticis eſt ꝯmendãdum

¶ Cum autem indiſcrepans conueniẽſqꝫ affuerit cõ
menſalium connexio annua vel citerior ſm propoſitum
commorandi voluntas. Salis autem lignorũqꝫ in eſta
te fragmenta. Autumni copiã vindemie trituram capri
corni congeriem carnium. O q̃ꝫ proficiens ſanitatiſqꝫ
conſentaneum ſm facultatem in vnum componere Nec
arthocopi mucor anxionarius anhelitum infirmet. Et
ne vini inſipidi acor cordis ſecreta confundat. carnium
laniſte rancor ſaliſqꝫ tritura fetor incluſus inteſtina cor-
rumpat. lignorumqꝫ defectus membra contrahat. ⁊ qđ
deterius eſt. q̃tidianis incurſibꝫ ingroſſet̃ anxionarius

¶ Poſtqꝫ autor oñdebat p̃ceptũ qđdã obſeruãdũ in diſcipul' ꝓpter ap
titudinẽ recipiẽdi ꝯgnitõem veritatis. h̃ oſtẽdit q̃dã alia p̃cepta. Et
dicit ꝑmo ſic. Cũ igit̃ cõnexio ſtudentiũ ſeu ſcholariũ fuerit ꝯcors. ita
ꝙ habeat ꝓpoſitũ inſimul morãdi ꝑ tp̃s vnius anni aut circit̃. tũc ꝯue-
niẽs eſt ꝙ iuxta eoꝝ facultatẽ feſtinẽt ꝓcurare ſibi copiã ſalis. frumenti
lignoꝝ.. ⁊ copiã vindemie. Sal quidẽ ⁊ ligna in eſtate. frumẽta ⁊ vina
in autumno. ⁊ in capricorno ꝯgeriẽ carniũ. Hoc em̃ marie ꝯſentaneũ ẽ
ſanitati. Et aſſignat cãm. ne mucor artocopi inficiat ãhelitũ. ⁊ ne vinũ
inſipidũ cordis ſecreta ꝯfũdat. ⁊ ne etꝫ ſeꝗtur rãcor carniũ. ⁊ ne fetor tri
ture. incluſus corrũpat inteſtina. ⁊ ne lignoꝝ defectꝰ ꝯhat mẽbra. ꝙ nõ
ſequat̃ infirmitas ex his ¶ Notãdum h̃ ꝙ ſm pħm in politicis hõ vt

uens ſolitarie. aut eſt deus aut beſtia. Nõ eſt. quia eſt adeo rudis ꝙ de nullo curã gerit. ⁊ hic beſtia nominaṫ. Nõ eñ viuit vt hõ. eo ꝙ vite intellectuali nõ inſudat. Aut eſt a deo ꝑfectus felicitate mellicitatoria ꝙ nullo indiget. ⁊ hic deus. i. diuinus eẽ dꝛ. Vñ hõ naturalr̃ eſt aĩal politicũ ⁊ ciuile habitãs inter alios hoĩes. vt ſic hoĩes ſibi mutuo ſuppleant defectus. Docet ãt hic autoꝛ q̃liter ſcholares ſibi ꝓuidebunt in diuerſis varios coꝝ defectus ſupplentibꝫ. Nã ꝯtracta ſocietate congrua ſcholares ꝓuiſionẽ facient in nutrimẽtis ⁊ alijs ad vſuꝫ vite neceſſarijs vt in ſale. lignis. carbonibꝫ. vino. frumẽto. ⁊ alijs hmõi coꝛpus ꝯſeruantibꝫ ꝯplexionem iuuãtibus. ⁊ ad aptitudinẽ intentã amminiculantibꝫ

¶ Item notãdum ꝙ vnuſq̃ſqꝫ mẽſis ſua ꝓpria hꝫ exercitia. vt patꝫ in his verſibus a ianuario ꝯſequẽter enumerãdo. Poto ligna cremo. de vite ſuꝑflua demo. Do gramẽ gratum mihi ſeruit flos mihi pꝛatum Meſſes inclino. ſegetes tero. vina ꝓpino. Semen humi iacto. mihi paſco ſues mihi macto ¶ Item pꝛo vocabulis textus noteṫ p̃mo ꝙ arthocopus dꝛ ab arthos grece. qđ eſt panis latine. ⁊ copos laboꝛ. q̃ſi panis cũ laboꝛe factꝰ. vñ. Eſt arthos panis. qđ ꝓbat arthocopus Itẽ rancoꝛ dꝛ carnis ꝓꝛietas. acoꝛ vini. ⁊ mucoꝛ panis. vñ Carnis rancoꝛ. acoꝛ vini. mucoꝛ quoqꝫ panis Item Nõ miſer eſt hic mas. in cuiꝰ ſepe coquina Muſcidus eſt panis. caro rancida. pendula vina.

¶ Magna vero diſcipuli cõmoditas eſt pꝛout facultas ſuppetit neceſſaria magiſtratui exhibere. ne dum eiꝰ inhiat executõni rerum venalium indulgeat compoſitõni. O q̃ꝫ abſurdum eſt magiſtratus egeſtas.

¶ Hic boetius continuãdo ꝓpoſitũ ſuũ oſtendit quid expediat magiſtro ⁊ diſcipulo dicẽs ſic. Magna in hoc ꝯſiſtat diſcipulo cõmoditas vt ſuã iuxta facultatẽ magiſtro ſuo ꝓuideat de vite neceſſarijs. ne tẽpore (quo ſibi intendere deberet inſtruẽdo) circa reꝝ venaliũ curas ſe habeat occupare. Subdit exclamatõem dicẽs. O q̃ꝫ abſurda eſt egeſtas magiſtratꝰ ¶ Notandũ hic ꝙ magna in hoc diſcipuli cõſiſtit cõmoditas iuxta ſue facultatis exigentiã ſuo pꝛouideat magiſtro de vite neceſſarijs. Sic enim tanto fidelius poteſt per eum infoꝛmari. ymmo nũq̃ꝫ ſibi poterit facere condignam laboꝛum recompenſam. Unde ſicut filius pꝛopter ſubſtantiam (quam aſſumpſit a parẽtibus) nõ ſufficit ei reddere equiualens. Sic nec diſcipulꝰ magiſtro pꝛo ſcientia ſibi a magiſtro miniſtrata. In ſignũ cuius dꝛ phs in ethicis. Dijs parẽtibus ⁊ magiſtris nõ p̃t reddi equiualẽs. Faciat igiṫ diſcipulꝰ magiſtro ſuo iuxta facultatis exigentiã laboꝝ recõpenſã. ſ. in vite nccãrijs ſubueniendo Ne (vt dꝛ autoꝛ in textu) tꝑe inſtructõis ſcolariũ. victualiũ ꝓcurationi habeat intendere. Vñ fructus ſcolaſtici ꝓueniat minoꝛamentũ. nã Pluribus intentus minoꝛ eſt ad ſingula ſenſus

# Diſciplina ſcholarium

¶ Lotricū autē vetularūq; remotio q̄ʒ ſūmo opere ap-
ꝑecianda eſt.earūq; acceſſus quanto rarioꝛ.tanto ſalu-
bꝛioꝛ Nec diū venerit aliquid ſuggerat iniq̄natum.vel a
mācipio extrahat q̇d permollitur.qm̄ mancipioꝝ raro
repitur clemētia.ratioꝛ in agone ꝯſtantia.Ve ſeducenti
mācipio.in quo cōfidit plenarie domiāntis dilectio.q̇d
tali fedius eſt.quid tanto grauius

¶ Hic agit de ꝓuiſionibus adhibēdis inferioꝛibus.dicens ſic.Felix
diſcipulus abſtinebit ſe a frequēti lotricū ⁊ vetulaꝝ acceſſu.imo quā-
to talis rarioꝛ tanto ſalubꝛioꝛ Subiūgit cām dicens.Ne vetule ⁊ lotri-
ces ꝑmiſſe domū eius accedere ſuggerant famulātibus ſeu cōſulant a-
liqua q̇bus fieret eius depaupatio ſeu diffamatio quoniā raro reperit̄
fidelitas ſeruientiū ⁊ in periculo cōſtantia Subdit exclamatōeʒ dicēs
Ve ſeducenti mācipio cui dilectio dn̄i plenarie confidit.imo tali nihil
fedius ſeu ingratius valet inueniri ¶ Notandū hic.ꝙ ſtudentes ſibi ꝓ-
uidebunt congrua de familia tam quo ad ſexum muliebꝛē q̄ʒ etiā maſ-
culinuʒ.vt per eaʒ de cura domeſtica ſubleuati ſcholaſticis actionibꝫ
tanto efficatius valeant inhiare.licet em̄ ipi indigeant mulieribus.nō
tamē eas debent attrahere.quia cum mulier naturaliter ſit meretrix ne
lotrix ad ſuū veniens mancipiū ipm alliciendo mala ſibi ꝑſuadeat qui-
bus bona ſui foꝛſan dilapidarētur ¶ Notandū circa vocabula textus.
ꝙ agon agonis.vel ago onis dicit̄ locus belli.ab a qḋ eſt ſine ⁊ gonus
angulus quaſi ſine āgulo.quia fieri ſolet ſine angulo Sed ſm̄ Hugui-
tionē venit a ꝟbo ango gis gere Inde agonizare.i.certare Inde agoni-
ſta id eſt pugil ¶ Item mancipiū idem ē quod famulus Et dicitur a
manus ⁊ capio.quia ſeruus debet eſſe captus manibus.i.ꝑtātibus ſui
dn̄i.ita ꝙ ſuis ꝑ̄ceptis obediat.qḋ ſi nō fecerit.verus nō exiſtit ſeruꝰ

¶ Hoſpitiū mūdum.ſuppellex mūdatum.thoꝛal deal-
batum.mācipij pꝛudentia reruʒ exitus cōſiderātis ſedu-
litati dm̄ice ſemꝑ aſſiſtentis.decenti vultu ſunt cōponen
da Quid mācipio detrahēti crudelius eſt.

¶ Hic declarat Boetius ſeruiciū fideliū ſeruoꝝ declarando in hoc
exemplariter maliciam ſerui fidelis dicens ſic.Seruus fidelis hoſpi-
cium dn̄i ſui ſeruabit mūdum ⁊ thoꝛal dealbatuʒ.Nec aūt ſunt ſigna
fidelis ſerui.Oppoſituʒ aūt eſt de mācipio detrahenti

